

N. 1.

S. CONGREGAZIONE DI PROPAGANDA

SEGRETERIA

N. 1911.

Roma, li 9 maggio 1885.

R. P. D. ALEXANDRO TASCHEREAU

ARCHEPISCOPO QUEBECENSI

*Ill.me ac R.me Domine,*

Sacra haec Congregatio Fidei Propagandae praeposita pluries Episcopos huius provinciae notari non omisit ut operam suam, diligentissime impenderent ne in publicis ephemeralibus ea inscriberentur, quae varias controversias circa negotia ecclesiastica isthie enatas respiciunt. Neque hishortationibus contenta, latis Auctoritate. Summi Pontificis decretis, quae prius monuerat indicere strictissime curavit. Experientia enim compertum est quantum haec agendi ratio catholicorum unioni officiat, et quantum intestinae discordiae et iurgia, quae ex hac causa necessario excitantur, valeant ad ministerium ecclesiasticum auctoritatemque cuiusque Sacri ordinis proculaundam, praesertim in locis catholicis mixti commorantur haeretici.

Verum cum media lucusus adhibita ad effraenatam hanc licentiam ompescendam parum profuerint, et pleno suo effectu caruerint, SS. D. N. Leo, div. prov. PP. XII in audience dici 19 aprilis nuperelapsi vetitum huiusmodi iterum renovari iussit, omnibusque sive ecclesiasticis sive laicis gravissime inculcari. Praeterea eadem occasione Sanctitas Sua Tibi, aliisque Episcopis istius Provinciae, in virtute Sanctae obedientiae mandavit, ut de negotiis ecclesiasticis, de quibus agitur in Comitis Episcoporum nunquam in posterum sermonem fieri in publicis ephemeralibus ipsi Praesules permittant, sed ea omnia sub secreto sanctissime omnino servent, ut libertas Episcoporum in iis conventibus sarta letaque sit, et scandulosae quaevi recriminationes posteadem comitia diligenter vitentur.

Coeterum Sanctitas Sua pro certo tenens fore ut Canadenisse sacrorum Antistites, qui propriam fidem, pietatem atque erga Petri cathedralm inconcussam devotionem tot probaverunt argumentis huic pracepto adamassim obedient et universos et singulos, qui ab eorum iuridictione dependent, suaviter ac fortiter in officio contineant, Amplitudini Tuae, committit ut omnibus provinciae Episcopis praedictum mandatum secreto ab iis servandum patefacere properes.

Interim Deum precor ut Te quam diutissime sospitem servet

A. T.

Ad officia paratissimus

(Sign.) JOANNES Card. SIMEONI *Praefectus.*

D. Archiepiscopus Tyren. *Secr.*

Pro vero apografo

† E. A. Archie. Quebecens.